

Fœdera inita cum Ducibus

Meapolensium et Pomerania.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei
 memoriam omnes humana actiones, quae hac lege fiunt, ut
 nunquam ad hominum memoria discedant, sed perpetua serie
 & recurrentes sempiterni permanant, nulla ratione melius sta-
 biliri et firmari possunt quam si literarum monumentis memo-
 ria prodita ab interitu vindicentur, atque ideo Nos Sicut
 Deus Dei gratia, Rex Polonia terrarumque Cracoviensium, San-
 dominiensium, Silesiensium, Lancienensium, Cuiaviae, Magnus Dux Lituaniae
 Russiae, Prussiae, Culmen, Elbingen et Pomeraniae Dux et Comes, etc.
 primum literarum testimonio apud omnes homines, qui nunc sunt, et fu-
 turi sint, testatum esse volumus et profiteremur, quod inter alia statu-
 rum Regni et dominionum nostrorum negotia, excogitando et
 memoria repetendo in animo revolvimus, et cum Consiliariis nostris
 deliberans et consultans, institimus et decrevimus, ad faciendas
 res nostras et regni nostri, ut in pace et tranquillitate, quod fieri
 potest, gubernate permanant, et retineantur, id etiam non minus
 convenientem et utile, quin necessarium visum est, faciendum cum Prin-
 cipibus Principibus Dno Henrico Meapolensium Vandalorum Principe Co-
 mite Silesiensium, terrarumque Roduliby et Stargardiae Dni, ac
 Dno Georgio et Barnimo, Behnen Pomeraniae, Cassubiae, Slavo-
 niae etc. Ducibus, Principibus Rugiae, ac comitibus in Gustraw, fidei
 societate ac amicitia ineamus, quam nostrae majores diu, cum majoribus
 eorum